

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3688

Auteur(s) : Louis IX, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Montebourg, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : vidimus

Authenticité : non suspect

Datation : 1269, mars

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : confirmation générale

Langue du texte : latin

Analyse

Louis [IX], roi de France, vidime la charte d'Henri [Ier], roi d'Angleterre, par laquelle ce dernier confirme les biens et les droits dont jouissent les moines de l'abbaye de Montebourg.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 737, p. 164-165.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos litteras Henrici quondam illustris regis Anglie vidimus in hec verba :

H. rex Anglie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus et omnibus justiciis suis, salutem in Domino. Sciatis me presenti carta confirmasse abbatis Sancte Marie Montisburgi et abbati et monachis, locum in quo sita est abbatia, et villam Montisburgi, cum molendinis et mercato et tribus nundinis ad hos terminos, unam ad purificationem, alteram ad assumptionem Beate Marie, terciam ad ascensionem Domini. Volo autem et districte precipio ne justicie mee manum mittant pro justicia facienda in villa Montisburgi diebus mercati sive nundinarum, sed plenariam habeant justiciam suam abbas et monachi de omnibus que in villa Montisburgi diebus illis evenerint, et, de omnibus rebus, de quibus affidare poterint homines sui quod sint proprie res ipsorum, liberi et quieti sint predicti abbas et monachi Montisburgi per omnem terram meam a teloneo et passagio et omni consuetudine, ubicunque fuerint, in terra et in mari et in portubus, ementes et vendentes, locantes et conducentes, commutantes, sive de loco ad locum transferentes. Concedo etiam et confirmo prenominate abbatis et abbati et monachis in foresta mea Montisburgi ligna ad focum in coquina sua, et ad panem coquendum et ad cervesiam preparandam et clausuram omnibus necessariis suis, et maramenta ad edificia sua, et ut habeant in eadem foresta omni tempore pasturam porcis et omnibus animalibus suis et libertatem et quietantiam pasnagii sui et omnium consuetudinum ad eandem forestam pertinentium, et in foresta mea de Brusis concedo et confirmo prenominatis abbatis et monachis Montisburgi ad focum hospitum suorum tot arbores singulis annis quot ebdomade sunt in anno, quos per manum forestariorum recipient, et de tot arboribus quieti sint forestarii in placitis ejusdem foreste de quot garantizaverint eos predicti monachi Montisburgi per tallias suas, et in eadem foresta de Brusis habeant sepedicfi abbas et monachi Montisburgi maramenta ad ecclesiam et ad alia edificia sua, et libertatem et quietantiam pasnagii sui et omnium consuetudinum ad eandem forestam pertinentium, et in omnibus aliis forestis meis de Constantino. Concedo etiam et confirmo prenominate abbatis Montisburgi et monachis dextros cutellos caude omnium crassorum piscium

qui capti fuerint vel applicuerint infra terminos episcopatus Constanciensis, et ecclesiam Gateville de feodo Gauterii Broc cum terris elemosine et decimis et omnibus pertinentiis, et ut sepedicti monachi Montisburgi habeant potestatem et libertatem, cum abbas eorum obierit, eligendi alium quem ad hoc noverint ydoneum, absque alicujus contradictione vel reclamacione, vel pars etiam capituli, quamvis minor, sanioris tamen consilii, secundum Dei timorem et ordinis sui consuetudinem. Concedo etiam et confirmo prefate abbatie Montisburgi et monachis unam mansuram apud Barbeflутum et si maisnillum Sancti Cirici cum ecclesia, et terram Ranolfi de Scamescon que est in Coeres, et tres mansuras in Sortoovilla de feodo Turgisi Grossi, et decem acras de feodo Rosce, et unam carrucatam terre in Soortovilla, et XXX acras terre in Joganvilla, et unam carrucatam in Amondevilla, et terram Alberici camerarii Regine, que est apud Turpum, et terram de Sancte Marie ecclesia, et vaccariam de Bernewast, et XXX acras terre quas Ricardus de Lestre habuit in Coeres ad donationem Ricardi de Revers. Concedo etiam et confirmo superius memorare abbatie Montisburgi et monachis in Anglia quoddam manerium quod dicitur Lodres in Dorseta cum ecclesia ejusdem manerii et capella de Belmentona et omnibus pertinenciis, et aliud manerium quod dicitur Axemuh', in Devonia, cum ecclesia ejusdem manerii et piscaria et duobus tractibus qui ibi sunt ad trahendum cum retibus et omnibus pertinentiis, et tertium manerium in insula de With quod appellatur Wica cum omnibus pertinentiis. Hec predicta omnia maneria confirmo prenominate abbatie et monachis libera et quieta ab omnibus consuetudinibus secularibus et serviciis, cum omnibus rebus ad eadem maneria pertinentibus, et cum soca et saca et tol et teim et invangenetheof et aliis consuetudinibus. Confirmo etiam ex concessu ejusdem Ricardi de Revers donationes quas fecerunt vel fecerint homines sui predicte abbatie Montisburgi et monachis de terris sive de quibuslibet aliis rebus, liberas et quietas ab omnibus serviciis et consuetudinibus et ab omnibus exactiionibus secularibus et ab omnibus rebus prorsus ad ipsum sive ad heredes suos pertinentibus. Volo autem et firmiter precipio ut homines de villa Montisburgi liberi et quieti sint ab omni exercitu et expeditione, excepta illa que sub nomine belli submonetur. Signum Matildis † regine. Signum Anselmi † Cantuariensis archiepiscopi. Signum Rogeri episcopi † Salesbirie. Signum Herberti † episcopi Norwicensis. Signum Roberti episcopi Lincolie. Signum Willelmi episcopi † Wintonie. Signum Samsonis episcopi † Wigornensis. Signum Willelmi episcopi † Exoniensis. Signum Radulfi episcopi Cicestrie. Signum Ricardi † de Redveriis. Signum Ricardi abbatis † de Sancto Albano. Signum Rogeri abbatis † de Abbendone. Signum Herlewini † abbatis Glastingeburensis. Signum Symonis † comitis. Signum Ranulfi † cancellarii. Signum Baldwini † filii Ricardi de Revers. Signum Willelmi † fratris ejusdem Baldewini.

In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini M^o CC^o LX^o VIII^o, mense marcio.